



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput XII. De Promissione requisita in Voto, deque Obligatione inde
proveniente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

apud Doctores controvertitur, Castro Palaz-
mus, *1.5. disp. 1. de voto, part. 1. n. 4.* citans Suarium, &
alios: Quia, inquit, contra virtutem constan-
tem, quæ non solum inclinatur, ut quis perseveret in bo-
no, sed etiam, nisi legitima excuset causa,
voluntario firmetur proposito. Sane virtus est cordis,
& actus otiosus, se sine causa mutare.

Negar Sanchez *lib. 4. in Dec. cap. 1. n. 21.* citans Navar.
Hiss. Tol. Valent. Quia si nulla lex, nec divina,
te ad illud obligat, undenam orietur pec-
catum? Dices, ipse proponens sibi ullam legem im-
ponendo, at ipse nullam obligationem sibi assu-
mendo per merum propositum proficitur: ergo nullam si-
bi imponit. Probabilior est hæc posterior sententia, quod
ad perseverandum inclinatur constantia, fateor: at
nulla sub culpa, sed sub solo consilio, eo modo, quod
voluntas aliquando inclinatur etiam ad actus supererogatio-
nis, scilicet omnes: est igitur resilire à bono proposito
per aliquam levitatem, hoc est, defectus majoris boni, non
per levitatem peccaminosam. Quod si sit aliquando actus
voluntatis, qui habet sine causa, non erit venialis ex vi muta-
tionis propositi contra constantiam, sed ex generali ca-
pitulo, quo in aliquorum sententia, omnes actus humani
in individuo requirunt finem ad quem honestum, quæ est
longe alia consideratio, de qua *alibi*.

CAPUT XIII.

De Promissione requisita in Voto, de qua
Obligatione inde proveniente.

§. I. De Promissione vera, & falsa.

Verè promittis, quando intendis quid facere sub
obligatione alteri exhibita. Et quidem per exter-
nam locutionem respectu hominis, qui secus casu acce-
pere non possit: per internam solum voluntatem respec-
tu Dei, qui externis vocibus non indiget, ut accipiat.

1. Falsè promittis, primò, quando solis verbis, non
certum animo. Secundo, quando animo quidem promit-
tendi, seu rem promissam exequendi, sed positive ex-
presso animo te non obligandi. Tertio, animo quidem
quomodocumque rem exequendi, sed abstrahendo à
voluntate te obligandi. Quarto denique, animo quidem
te obligandi, sed cum voluntate rem promissam nulla-
tus exequendi.

2. Certum autem est, primò: in primo, & secun-
do casu siue noscas vim voti, siue nequeas, non oriri
in te obligationem rem promissam exequendi. Ita Azor.
Sanchez. Val. Less. Bon. alique apud Cast. *1.3. tract. 2.3. d. 1.*
1.3. n. 2. Ratio est, quia, dum expresse à te reiciis obli-
gationem, illam non contrahis; siquidem Votum est
lex privata, quam sibi quilibet in Dei obsequium impo-
nit, lex autem non obligat ultra imponentis intentionem.
Atque hinc fit, summa probabilitate firmari, cuilibet
licet licet quidpiam grave, v.g. jejunium vovere sub so-
la obligatione venialis, quia tota obligatio ab ipso
vovente dependet. Illud nota, sic simulatur etiam in re
gravi verbo tenuis vovere, non transcendere peccatum
veniale, quia solum est mendacium, nec redundans in
gravem Dei irreverentiam. Excepi in voto Castitatis
anexo Ordini sacro, & in Voto professionis religiosæ:
in his enim positum, quod externè voves, juxta intentionem
Ecclesiæ, & Religionis, vovere ex iustitia debes: ni-
si forte gravis metus, causam det æquivocandi, ut dixi-
mus in simili *suprà, lib. 1. §. 9. a. n. 6.*

3. Certum sit secundo, in quarto casu verum esse
votum, & inde validam enasci obligationem. Ita Sanchez.
plurib. relatis, Azor. Suar. apud eundem Cast. *1. c. n. 4.*
Scio Valentiam *2.2. disp. 6. quest. 6. p. 1. vers. secundò obstat.*
censere tunc nullam exurgere obligationem, quia, si
nullam habes voluntatem rei faciendæ, quam *suprà* dixi-

mus prærequiri ad Voti essentiam, nullum emittis Vo-
tum. Sed ratio nostræ dicti est altera à posteriori: pri-
ori altera. A posteriori: quia secus Sacerdos concubinam
domi retinens, non emitteret validè Votum Castitatis,
si (ut evenire facile potest) animo illam retinendi sa-
cerdos Quædam Suscipiat. Pari modo Eques Melitensis,
v.g. si professionem emittat eodem crimine, & proposito
maculatus, castitatem non voveret validè. Idemque
temporalia bona sub suo dominio servare statuens, non
voveret validè paupertatem. Et denique, qui solum, ut
Commendas lucraretur, aliquam profiteretur Religionem,
animo non observandi, quæ solemniter promittit, Re-
ligio non esset: unde illicitè, & cum injustitia fructi-
bus Commendarum postea frueretur: quæ tamen omnia
absolutè censentur; hi enim quamvis voveant illicitè
mortaliter, propter illam pravam dispositionem vota
gravia non exequenda, nihilominus valida ea esse vota
nullus negat. A priori: quia hæc duo, obligatio ad
aliquid exequendum, & ipsa rei executio, sunt admo-
dum diversa: ut patet in contractu emptionis, & ven-
ditionis, de quarum essentia est obligatio ad tradendum,
non verò ipsa traditio, quæ satis est, ut deinde suo
tempore ponatur. Quando igitur diximus requiri pro-
positum, & voluntatem exequendi in promissione, est
sensus, ne peccetur; requiri, ut suo tempore executio
ponatur: nam ceterum pro promissionis, seu voti essen-
tia, satis est voluntas suscipiendi in se obligationem ex-
quendi.

5. Remanet igitur solum decernere de tertio pro
quo adverte, dupliciter posse quempiam negativè se ha-
bere circa obligationem voti, seu promissionis. Primò,
quando non habet hujusmodi intentionem obligandi:
neque explicitè, neque implicitè. Secundo, quando
habet saltem implicitè, ut si quis cognoscens naturam
voti quæ sit adducens obligationem, voveat, non ad-
vertens nunc ad obligationem vel nesciens dictam na-
turam voti, voveat tamen juxta modum ordinarium,
quo alij voverent: in his enim duobus exemplis dicitur
quis implicitè habere intentionem se obligandi.

6. Dico igitur primò, in posteriore hoc modo esse
verum votum, utramque ex eo oriri obligationem ex-
quendi. Ita Sanchez. *de matr. lib. 1. d. 9. num. 5.* Castro Pal.
loc. cit. num. 2. Ratio est, quia jam voluntaria tunc est obli-
gatio, dum sciens quis, & volens suscipit id, à quo neces-
sariò, obligatio sequitur, nec illam obligationem ullo
modo excludit, multò magis, si expresse intendat vovere
juxta modo ordinatum vovendi: in hac enim inten-
tione, involvitur intentio se obligandi.

7. Dico secundo, in priore modo non esse verum
votum, nec ex eo exurgere obligationem. Ita Sanchez. *ibid.*
num. 2. sed contrarius videtur Castro Pal. *l. c. n. 2. fin.* imò
& ipsemet Sanchez. *alibi*, id est, *lib. 3. in Dec. cap. 10. n. 9.* sed
forte in hoc n. 9. loquitur de casu à nobis dicto n. præced.
Ratio est, quia obligatio confurgit ex animo volunta-
rio promittentis: at si non cognoscas ex promissione
oriri obligationem, voluntaria tibi obligatio esse non
potest; ergo ea oriri nec poterit.

8. Hæc duo dicta non solum vera sunt in voto, vel
simplici promissione, verum etiam in juramento. Ita
Sanchez. *de matr. num. 9. v. Etiam, & in dec. lib. 3. cap. 1. d.*
n. 23. Quare si jurasti, ut ceteri jurare solent, vel sciens
naturam juramenti, obligabit te juramentum: si verò
jurasti cum ignorantia invincibili, seu negativè te habes
ad obligationem, illam scilicet non includens, nec
excludens, juramentum non obligat, nec indiget re-
laxatione. Atque horum duorum ratio est, quia juramen-
tum sequitur naturam actus, cui adiciitur, cum igitur
in priore ex his duobus adsit promissio obligans in
posteriore non item (ne implicitè quidem, ut supponi-
mus, secus enim esset casus n. 6.) valebit in priore jura-
mentum, ut & votum; non autem in posteriore.

§. II. De obligatione gravi, vel levis, quae nascitur ex promissione sive absoluta, sive conditionata.

1. **V**otum absolutum est, quod obligationem parit ex nulla conditione pendente; v. g. *Voveo jejunium* Pura conditionatum est, quod eandem obligationem suscipit, cum ponitur conditio; v. g. *Voveo jejunium, si sanitatem obtinuerim*. Quod si rem promissam exequi voves, quasi in poenam delicti, vocabitur votum conditionatum poenale, v. g. *Voveo jejunium, si lusero*; & tunc profectò bonum negationis ludi tu potius intendis, quam bonitatem jejunij; nam jejunium assumis ut medium ad obtinendam, tanquam finem intentionis, ludi negationem. Advertendum tamen per diligentem est, illud (si) non esse semper signum voti conditionati, haec enim particula non raro aequivalet particulae (quando) & sic absolutum erit omnino votum, v. g. *Voveo elemosynam, si domum redibit meus Pater*, duplicem habet sensum: Primus sensus est: *Promitto elemosynam, quando redibit meus Pater, quando scilicet nummis non carebo*; & hoc modo est absolutum, & non conditionatum obligationem inducit, licet ejus executio usque ad Patris reditum suspendatur. Secundus sensus est: *Promitto elemosynam, sub ea conditione, quid à Deo reditum Patris obtineam*, & hoc modo votum erit conditionatum, nec obligationem nunc inducit, sed tunc quando Pater redibit.

2. Interdum autem negotij difficilis est ejusmodi discrimen agnoscere; sed illud explicaberis, tum ex ipso modo, seu verbis promissionis, tum ex affectu rei, quae promittitur, tum ex appetibilitate ejusdem rei promissae, quae voventem potuit allicere; Conditionalia enim v. g. solent ex affectu habendi, vel non habendi conditionem; Absoluta ex affectu rei, quae promittitur, v. g. *Voveo jejunium si convalesco*, ideo conditionatum regulariter est, quia hujusmodi votum solet emitti ex affectu conditionis habendae, idest sanitatis. Dico (regulariter) nam si infirmus ex amore jejunandi propter Deum, voveret se jejunaturum quando convalesceret, votum sic explicaretur: *Voveo jejunium pro eo tempore, quo convalesco*, & hoc pacto esset votum absolutum, quia affectus voventis ferretur in ipsum jejunium.

3. His positis, votum quodcumque de re gravi, sive absolutum, sive purum conditionale, sive poenale, graviter obligare nimis est manifestum, idque, ut probabilior sententia fert, ex sola virtute fidelitatis Deo debita, cui res promittitur. An verò votum de gravi re, leviter obligare possit ex mera intentione voventis, licet nonnulli refragentur, ut Sor. Val. Pont. apud Castro Pal. *mox* citandum: tamen probabilissimum est posse. Ita Sanch. Suar. apud Castro P. *3. tract. 15. d. 1. p. 11. n. 34.* quia ad promissionem obligantem requiritur, ut quis voluntarie sibi imponat obligationem: poterit igitur ut libet, imponere limitatam, leviter autem votum obligare, si levis sit res promissae, sicuti accidit in praecipis de rebus levibus, jam communis est, & tuta sententia. Ita Sor. Nav. Suar. Val. Sanch. alique apud eundem Castro *num. 6.*

4. Difficultas superest in decidendo molestissima. Unde nam levitas, vel gravitas materiae in votis, iuramentis, ut & in aliis praecipis mensuranda sit. Sed ego hac de re egisatis, superque in superioribus lib. 1. c. 1. §. 3. à num. 2.

Poenitere Voti facti.

5. Inquires, peccatne contra obligationem voti, quem voti facti poenitet, v. g. qui tristatur se emisisse votum Castitatis, Obedientiae, &c.

Respondeo, non esse saltem mortale, modò ex hac poenitentia nihil imminuatur de Voto. Ratio est, quia ejusmodi dolor, inobservantia voti non est: sicuti non est inobservantia, seu, inobedientia praecipii, si sentias, doleasque te de praecipio Superioris gravari.

At estne veniale? Respondeo. Non esse. innuit Suarez de voto, lib. 3. c. 7. à n. 4. quia ex objecto is dolor nullam continet materiam; sicut enim potuisti non vovete sic potes nolle vovete. Etsi docet probabilius Castro Palau *1. 3. tract. 15. d. 1. p. 11. n. 3.* quia ejusmodi dolor saltem infirmat ex se ipsum, & executionem voti. Etsi igitur poteris sine culpa non vovete: at ex suppositione quod voveri, obligaris non ponere id, quod aliquarum retardare potest, quamvis re ipsa non retardet executionem ejus quod promissisti.

§. III. Quando nam votum obliget.

1. **C**ertum est primo, si voveas aliquid faciendum tempore determinato, v. g. *anno sequenti, te antea non obligari*, etiam si intenderis, non tamen promiseris, antea facere. Ratio est, quia nō nisi pro anno sequenti urgeat obligatio. Quod si dubium sit, intenderisne solum an etiam promiseris, standum pro libertate, & judicandū, te nequaquam promississe, ita colligitur ex dictis lib. 1. c. 3. §. 7. v. *num. 1.* & docet Sanch. lib. 4. in dec. c. 1. n. 5.

2. Solum inquiri posset, An si praevideas, forte anno sequenti impedimentum, quod non posses totum adimplere, teneris praevinire? Dico non teneri. Ita idem ib. cap. 4. n. 18. Suarez, 2. de rel. tr. 6. lib. 4. de Voto, c. 14. à num. 4. Bon. 1.1. d. 4. in 3. Dec. praec. quae 2. part. 5. §. 1. n. 13. quia obligatio non potest nunc esse major, quam tu ubi imposuisti, imposuisti autem pro solo sequenti tempore, ut supponimus. At poterisne praevinire? Respondeo, si annus sequens fuit signatus, ne ultra differretur voti executio, licebit cum laude praevinire: quia in hoc casu obligat votum, etiam hoc anno, licet cum libertate, ut possit ad consequentem annum, sed non ultra, transferri. At si consequens annus decretus fuit ad suspendendam obligationem usque ad illum, veluti si annum illum elegisses in honorem talis anni, verbi gratia, Anni sancti, vel ex alia cuipiam tua intentione, praeviniri nequaquam licebit. Ratio est, quia tuum votum de praesenti anno fuit, sed signatè de sequenti. Simile quid evenit in voto conditionato, quod nec obligat, nec consequenter impleri potest ante positam conditionem. Excipe, nisi anticipes intentione commutandi votum in aequale, vel in melius, sicuti dicenda suo loco, melius enim est hodie hoc opus bonum, quam cras operari.

3. Si quis autem vovit elargiri elemosynam, v. g. *vel jejunium in hoc mense*, obligabitur praevinire, si praevidet in fine mensis impedimentum, Ita Sanch. ibid. Suarez, c. 12. n. 7. Bon. loc. cit. Laym. lib. 4. tr. 4. c. 3. n. 5. q. 5. quia in totam latitudinem mensis, licet cum libertate singulorum dierum, cadit obligatio; sicuti enim si praevides, te die Dominico impediendum ab auditione Sacri, non tenebis audire die Sabbati; at si ipso die Dominico praevides impediendum hora, v. g. decima octava Italica, tenebis antea, hora, v. g. decima quarta audire, quando nullum obstat impedimentum, ita in casu nostro.

4. Si voverit quis ad Sacerdotium promoveri anno 25. suae aetatis, docet Sanch. l. c. n. 23. non obligari praevinire susceptionem aliorum ordinum; potest enim eodem anno 25. ab Episcopo interfecta dispensante ordinari omnibus; quod si Episcopus noluerit, excusabitur vovens. Sed profectò tanto viro hac in re absolute non adhaereo. Qui enim vovit finem, vovit & media, saltem ordinaria: quare si hic sibi persuadet fore, ut Episcopus probabiliter dispense, probanda est sententia Sanchez; secus, pertinet ad voventem media necessaria apponere ad votum implendum pro suo tempore, quod in casu nostro non potest fieri, nisi mediis aliis ordinibus suo tempore susceperis.

5. Certum est secundò, si nullum determinaveris in voto tempus, te obligari illud exequi quamprimum sine notabili incommodo potes. Ita idem. Ratio est, quia, si sine determinatione temporis rem promissisti, sine dilatione saltem notabili, & more morali, & humano censuris velle rem solvere, dixi (sine notabili incommodo non

quis tam rigore se ventis ob-
incommoditate ad executionem

6. Anceps si fueris, an tempus in tuo Voto decre-
visti, necne, vel cum certum sit te statuisse, ambigis,
breve fitur, an longum? Iudicandum est sperinde, ac
in illum tempus determinaveris, vel statuisse longum:
in illum dubio standum est pro libertate. Ita Sanch. lib. 4.
de Decap. §. 14. n. 3. Intellige, nisi substantia voti ex se pos-
set tale tempus. Vovisti, v. g. peste infectis servire, anceps
est tale de tempore: certe nunc, quando grassatur
peste, servire debes quia in tuo voto hoc tempus im-
positum est: prohibetur.

Ex illa particula (sine notabili incommoditate) exequant Doctores iidem *loc. cit.* differentiam Religionis iniquum debitorum ex voto, quia expectat tempus ap-
petitum, quo suus pater consentiat, quo vires aptas acquirant, ad Religiosos labores suscipiendos, cum nunc idoneus non sit, pro scientias, sine fraude volendi differt, edicat, quibus notabiliter melius Religionem foviat. &c.

Idem adverte ejusmodi dilationem facilius extendi pos-
se. Votis quibus etiam post longam expectationem
possumus eandem rem præstare, quæ in iis, qui per tempo-
ris lapsum dilationem patiuntur, e.g. si promissum je-
juniorum differas, idem postea exhiberi poterat si diffe-
rent ingressum Religionis, non idem postea præstabitur
cum dimittatur tempus, quo victurus in Religione sis.
Præterea, si vovisti elemosynam annuatim sublevare
de pauperibus, non æquè sublevabatur anno fortè feri-
li consequenti.

liber-
ultra,
ad suf-
fi an-
gratia,
prave-
votum
e quid
con-
Excui-
in
e con-

li consequenti.

8. Difficultas jam in praxi illa superest, ecqua tandem ratione agnosceremur, tantum esse dilationem, ut incurramus in mortale, quando tempus a voto determinatum non fuit. Aliqui sic distinguunt: In voto Religionis, similis que pro tota vita, in quo adeo prædicta servitij diminutionem reum animum non videri afferre dilationem mortalem, nisi aliunde addit periculum impediendi, vel diminutionis dilationis vel transgressionis; In votis vero non patiensibus ejusmodi diminutionem, nunquam dilationem esse mortalem, nisi in eo casu, quo ex dilatione subesset periculum voto nunquam satisfaciendi.

9. Non placet hac doctrina Castr. 3. *tratt.* 1. §. d. 1. a. 2. p. 13. n. 7. nam propterea in posteriori casu conceditur priorum doctum, vel triump dumtaxat mensium, in priori aliquantulum amplius nempe sex mensium: quia, inquit, pro longiore dilatione, Deus qui est Creditor, videtur inritus: sicuti inuitus esset homo, si tandiu Solutionem expectare a creditore cogeretur.

10. Ergo hic statuo Primò, in votis, in quibus dilatio servitium dimittit, v.g. in Religione, in Xenodochio &c. considerandum esse tempus, seu ætatem, & votantis: nam si votens agat, v. g. decimum quintum annum, imò quatuor annorum dilationem non judicabitur.

noarabile: fufcipere enim vitam religiofam folent ad
 fcientes circa decimum quintum, & vigeſimum annum
 quando ſcilicet ſtatu vite conſuevit aſſumi : quum
 aliquis decimum quintum annum agens, perperam
 Religioſum voſet, niſi tempus determiuet ad in
 greſſum, non videtur renuntiaſſe conſuetudo modo,
 tempore in aſſumendo ſtatu vite. Certè Ledefina *tom.*

annis, vt. 10. cap. 3, dub. pen. docet juvenem fœdiciam a
 monum satisfactæ voto Religionis, si intra trienni-
 illud expleat; at fore transgreflorem; differendo octo-
 vel novem annis. Verùm, si vovens quadagesimum, vel
 annum ætatis attingeret, dilationem ultra sex men-
 sis esse notabilem libens admitto: talis enim ætas lo-
 giorẽ moram non permittit. Adde tres annos forẽ
 deti alicui parvam materiam; si demantur à servitio
 tuis vitæ ab adolescentia ad senectutem: at non vid-
 parvam materiam; si similes anni tres demantur ab æ-
 te provecta, ad mortem usque.

11. Statuo secundò, In aliis votis, quibus dilatio nisi
mali affert, nisi meram temporis moram; licet probabi-

fi, quod modò docuit Castro Palaus; ramen, ut indicat Sanch, lib. 4. in Dec. cap. 14. n. 21. apud Castr. disp. c. 1. d. vol. p. 13. n. 7. non videti improbabile; dilationem quamunque, modò non sit probabile periculum omittendi omnino votum, non esse nisi veniale (imò ex Bon. d. 4. de voto. q. p. 5. §. 1. n. 3. citantem Arag. Tabienam, Sanch. ne venientem quidem, rationabili causa intercedente) Ratio esse potest. Primò, quò nemo, cum dat totum, quod promisit, & nullum damnum ex mora creditori facit, condemnandus videtur de gravi errore: sed solum de levi negligentia: at nullum damnum ex prædicta dilatione Deo cedit; ergo, & c. Non igitur ducenda paritas à creatura humano; hic enim semper aliquid officit dilatio. Secundò, omnia sunt Deo præsentia, quare ex suppositione, quòd votum ponet etiam post multos annos id, quod vovit, præsens est Deo solutio, non futura: id quod certè non est in homine creditore. Tertiò, votum est lex, quam privatim sibi quisque indicit, at eo ipso quò quis tempus in suo voto non determinat, videtur ad nullum terminum se auctoritate voluisse; sed solum ad rem quoquecum tandem tempore exhibendam; ergo, & c. Quod si officias illud Deuter. 13. Cuius votum voveris Domino non tarabis reddere, quia requirit illud Dominus & si moratus fueris, reputabitur tibi (intellige sine rationabili causa) in peccatum. Facilis est responsio, nempe in peccatum, hac commoda proportionem: morale, si additum fuit tempus, vel ex mora periculum subit transgrediendi, & c. veniale, si tempus determinatum non fuit, & simile periculum prudentem non timentur.

2. Illud meritò certum est. Bonacina, *loc. cit.* quando non adest periculum diminutionis servitij, posse tria sine veniali votù factù sine temporis determinatione, differri usque ad tempus, quo credit quis se finem maiori devotione adimpleturum; quia hæc cedit ad maiore Dei honorem, ad quem votum ordinatur: quare maior sperata devotio, iudicanda est causa sufficiens dilationis.

§. I V. *An Votum obliget alios à votente.*

1. **V**ota esse personalia, sicuti docuimus de juramento *supra* c. 3. §. 6. atque adeo non nisi ipsi votum eum obligari, communis est doctrina. Si pater, v. g. voveat filium Religioni muncipare, abnuere licet filio: solum pater obligabitur ex sua parte (nam filii interpretandum est ejusmodi votum, ut & similia de facto nemo) ad prestandu, quantum potest ea, quæ ad ejusmodi voti executionem conducunt.

2. Hinc sequitur, Nec hæredes, nec successores
astringi ex vi Religionis ad vota Testatoris. exequenda. It
Sanc. Castr. aliquem *mox* cit. Dice (ex vi Religionis) nan
sive ex vi statuti, sive ex vi contractus, aliquando co
obligari, rectè docet Sanchez *lib. 4. in Dec. c. 16. an 16.*

3. Tria sunt hic addenda. Primum, Vota realia, addita & mixta ea parte, quæ sunt realia, & separabilia à parte, quæ sunt personalia, (de qua separabilitate mox dicetur) debent ex vi iustitiæ ab hereditibus: sed certe non nisi iuxta vires hereditatis addita, & quidem in foro conscientiæ, etiam si confectum inventarium non fuerit. Ita Bon. d. disp. 4. de vot. g. 2. p. 5. §. 1. n. 4. citans Sanch. Minor. que Ratio est, quia quando quis hereditatem accepit, illam suscipit cum oneribus hereditatis annexis: at onus hoc adimplendi vota realia, iuramenta defuncti, est annexum hereditati saltem ex legis canonici, & civilibus probavimus *supra* c. 3. §. 7. n. 5.

4. Secundum. Concurrentibus aliis defuncti debitorum, præferendane sunt vota, an postponentia? Dico quod non. *Laym lib. 4. tr. 4. c. 2. n. 13.* primum omnium solvendum esse, si alium defuncti, & expensas funeris; mox legitimam integram, five ascendentibus, five descendibus debitam; deinde vota; siquidem legata pia præferuntur enim votis legatis, quia prior fuit obligatio votorum, quippe qui testatorem adstringebant; quam legatorum, quæ nunc hæredes obdant.

Quod si, ære alieno, & legitima solutis, hæredita

sit solvendo omnia defuncti vota, non est implendum unum, & alia omittenda, sed singula pro rata: Ita Laym. *ibid.* cum enim æque ex vi Religionis debeantur, non est cur unum alteri præponatur.

Tertium. Hæredem non debere vota realia persolvere, fortè ante aditam hæreditatem defuncti obtruncetur commutationem, vel irrotationem; Patet, quia non obligatur hæres ad vota extincta, sicuti non obligatus fuisset ipse vovens, cuius nunc hæres personam gerit. Nam propterea rectè Bon. *disp. 4. cit. de voto, q. 2. p. 5. §. 2. n. 7.* infert Monasterium succedens in bonis professi, non obligari ad solutionem votorum, quæ fortè est emissa ante professionem; si quidem probabile est omnia, etiam realia vota extinguere per professionem.

§. V. An Votum obliget eos, qui sunt sunt alienius potestate.

1. Omnes ratione utentes, nisi specialiter ab habente potestatem inhabiles reddantur, & nisi sint sub alicujus dominio, voto obstringi possunt. Ita S. Th. 2. 2. q. 88. art. 9. & passim. Ratio est, quia omnes hi possunt aliquid Deo gratiam promittere; quare si Deus id acceptat, (ut certe, quia ipsi gratum est, acceptare supponitur) enascetur obligatio.

2. Dixi primò (utentes ratione) ut excluderentur amentes, puerique nondum septennales, nisi evidenter constet perfecto usu rationis potiri; nam in dubio nequaquam potiri præsumuntur ante septennium, ut dictum est *supra, lib. 1. c. 3. §. 17. v. Actus, n. 6.*

3. Dixi secundò (nisi inhabiles reddantur) nam sic Ecclesiæ inhabiles fideles reddidit ad Votum professionis Religiosæ, ante sexdecim annos, & non expleto rite anno probationis. *Idem* fecit non acceptando loco Dei, ea professionis vota. Ita Suar. *lib. 3. de voto, c. 4.* Laym. *lib. 4. tit. 4. de vot. c. 7. n. 2.*

4. Tertio (nisi sint sub alicujus dominio) nati dubitatur, an impuberes Religiosi, servi, uxor, filij, valide voveant, obligationemque voti contrahant, Quare de his disputandum erit in consequentibus; & prius quidem duobus prioribus, quorum voluntas secundum omnes suas actiones subdita est alteri: nam de cæteris, qui solum ratione materiæ alteri subiectæ, sub aliorum sunt potestate, colligitur ex dicendis, illam esse dependentiam à Superiore, quoad voluntatem, quæ offert; hanc, quoad rem offerendam, rectè monet Valentia 2. 2. d. 6. q. 6. *vers. secundo diligenter.*

Religiosorum, & impuberum Vota.

5. Dico primò, cum Laym *ibid.* & aliis apud citatos esse probabile, horum Vota de materia honesta, quæ non sit præjudicialis superiori, vel patri, valere, parèreque obligationem, nec necessarium consensum positivum dicti patris, vel Prælati, sed sufficere consensum veluti negativum, hoc est, quod hi non contradicant. Si enim, sive ante votum factum, sive postea, illud positivè irritent, non valere votum omnes fatemur. Ratio prædictæ probabilitatis est, quia cum pueri, & Religiosi dicuntur esse sub dominio Prælati, vel patris, quoad voluntatem, non est sensus, quod nihi possint velle, vel nolle; sed quod ejusmodi ille vel velle potest ab illis firmum relinquere, vel irritum reddi, prout ij voluerint. Illud, quoad Religiosos, obiter hic adverte: non posse à suo Prælati irritari Vota eorum de transendo ad arctiorem Religionem; idèque esse de quibusdam Votis annexis professioni; quia quoad hæc Religiosus non est subditus suo Superiori, sed Pontifici. Ita Suar. Sanch. Less. quos citat, sequitur Laym. *l. c. n. 6.*

6. Si Religiosus voveat aliquid, quod non licet in ea Religione facere sine licentia, cum supponamus in hac sententia valere votum, quæritur potest, an obligetur licentiam illud faciendi postulare, v. g. si in Religione quapiam non potest quis sine licentia jejunare, at ipse jejunare Deo promissus, tenetur licentiam jejunandi petere?

Respondet teneri: ita Azor. Sotus. Armilla, Rodrig. Sanch. Suar. alique apud eundem Laym. *ibid.* n. 7. qui enim se obligat ad finem esse obligat & ad media saltem ordinata, quæ sunt necessaria ad finem; talis autem nunc est licentia Prælati: excipe nisi expresse, vel tacite factis intellexisse.

7. Illud certe duplicem est, An tunc Religiosus obligetur declarare superiori suum votum: facilius enim fortasse Superior licentiam concedet. Respondet, licet tutius sit, suum votum explicare, tamen non obligari probabile esse censeo, cum Cajet. Navarr. Suar. Sanch. contra Sotum Less. Azor. apud Laym. *ibid.* nisi tamen aliud expresse, vel tacite vovens intenderit. Ratio est, quia, cum voti obligatio strictè sit interpretationis, non est censendum voventem se obligasse, nisi ad media ordinaria, non verò ad extraordinaria; at ad præstanda ejusmodi opera, sufficit Religioso, si suum desiderium superiori ostendat. Fac Religiosum promississe dare quid alicui, quod sine licentia dare non licet: nonne satis ei erit petere licentiam donandi, sine necessitate explicandi se promississe: ita profectò: ita igitur in casu nostro.

8. Dico secundò, aliquos docere omnia, etiam de actibus externis, vota Religiosorum, atque impuberum, etiam Patri, vel Prælati, non præjudicantia, esse invalida, nec obligationem ullam inducere, nisi positivè ipsi consentiant, seu approbent. Itaque hæc sententia requirit ad voti validitatem, scientiam, & consensum superioris positivum: illa prior allata n. 5. solum requirit Superiorem non contradicere, etiam si ignoraret. Ratio hujus sententiæ duci potest primò ab autoritate, eam enim videtur docere S. Thoma, quam effert Valentia 2. 2. d. 6. q. 6. p. 6. Hæc sunt sancti Doctoris verba 2. 2. q. 88. art. 3. ad 3. *Nul- lum Votum Religiosum est firmum, nisi sit de consensu Prælati.* Idem habetur c. *Monacho* 20. q. 4. ubi ex S. Basilio refertur non licere vovere Monacho sine consensu Abbatis, si altera voverit, frangendum esse votum.

Ratio secunda potissima esse potest, quia ex quo Deus acceptavit votum professionis in sui cultum, & impuberes potestati Patris propter eorum fragilitatem subjecit, satis probabiliter dici potest, ipsum Deum non acceptare obligationes illorum, nisi ij, quos superiores, & veluti directores eis præscripsit, positivè consentiant. Hæc opinio non placet, neque enim ratio subjectionis tanta est in prædictis, ut libertatem volendi cetera alia tollat: ergo nec putandum est tollere libertatem volendi vovere in rebus nihil præjudicantibus superiori. Lege eundem Valentiam *ibid.* *vers. cæterum tutius est.*

§. VI. Quæritur obliget Votum conditionale.

1. Si Votum fiat sua conditione præterita, vel præterita quacunque, vel sub conditione futura necessaria: ut: *Voveo jejunium, si pater meus mortuus est; si nunc vivit, si cras orietur sol,* non suspenditur voti obligatio, posita veritate conditionis. Ita Azor. p. 1. lib. 11. cap. 15. quest. 9. Sanch. *lib. 4. in dec. cap. 23.* alique, quia conditio habetur pro impleta, adeoque habetur, ac si ejusmodi votum purè, seu sine conditione contractum fuisset.

2. Rursus, votum sub conditione impossibili, ut: *Voveo jejunium si volavero,* nunquam obligat, quia nunquam ea conditio ponitur. In quo ex Sanch. *ibid.* num. 8. Bonac. *disp. 4. de voto, quest. 2. p. 2. num. 3. vers. dico* 2. votum differt à contractu matrimonij, & ab ultimis voluntatibus; hæc enim valent, conditione impossibili rejecta; ratioque diversitatis, satis nunc illa sit, quia in his ita leges sanxere, quod non est in voto.

3. Hic ergo solum sermo remanet de voto sub conditione futura contingente, v. g. *Voveo me jejunaturum si meus pater convalesceret.* Ajo Ante impletam conditionem obligationem voti manere suspensam; ea posita, statim obligationem urgere. Ita Sanch. *loc. cit. cap. 22. num. 18.* Ratio ducitur ex intentione voventis, sic enim sibi ipse voluit legem imponere. Quod si sub duplici conditione vovit,

non tenearis. Idem esset, si quis, v. g. voveret Religionem, si Petrus positive approbet, si confessorius consilium daret, &c. licet sine voto Petrum, vel Confessorium rogare, ne approbet ne det consilium, &c. Dico, quavis aliqui negent cum Sanch. quoad petitionem, c. 23. n. 34. esse tamen probabile licere, quia sic petendo, verè, & absolute non ponitur impedimentum voto, cum semper liber maneat pater ad accedendum, &c. Petrus ad approbandum, Confessorius ad dandum consilium, &c. In Suar. lib. 4. de voto. c. 27. num. 18. Laym. lib. 4. tract. 4. cap. 6. q. 6.

Conditio qua ratio implenda.

Primo: An sufficiat conditionem impleri æquivalentem, an sit necesse, ut impleatur sub propria forma? Vnde quis, v. g. elemosynam, si ex negotiatione frumentum, lucrum reportet: An si lucrum obtineat ex alio negotio, v. g. collectione fructuum sui prædij, ad illam elemosynam obligetur: idem in casu, quo frater voverit se ingressurum Religionem, si soror nupserit, vel filius, si pater divitias obtinuerit; quia, hi propter eandem paupertatem sunt ipsis impedimentum: quaritur enim, an si soror, & pater aliquem statum assumant, ut impedimento amplius non sint, ad Religionem ingressum ad aliam obligationem? Respondeo, quando votum determinatum illa determinata: Si ex ea præcedente negotiatione lucrum acquirat, si pater dixerit, si soror nupserit, non obligari, quia non ponitur conditio, quam præcedere intendebat vovens, ut patet ex dictis: At difficultas est, quando sub illa conditione votum, non obstat habendi lucrum, vel divitias patris, vel sororis proprias, sed quia iudicat his positis se habiturum, unde pauperibus subveniat, & habiturum faciliorem aditum ad Religionem ingressum. Obligari docent aliqui cum Sanch. lib. 4. in Dec. c. 13. n. 26. quia intentio vovensis fuit, ne impediretur a paupertate: at jam per illam æquivalentiam verè non impeditur; ergo, &c. Sed probabile magis est cum Caltr. 1.3. tr. 1. p. 17. n. 5. non obligari, quia votum nuncupans non se obligavit in eventum, quo cessaret quomodocunque impedimentum, (nisi si expresserit) sed quod cessaret illo modo, quo ipse expressè pronuntiavit: v. g. ex determinata illa negotiatione frumentaria, non ex fructibus in agro collectis.

Secundo, An possit licite impediri ejusmodi conditio a vovente? Voveo, v. g. Religionem, vel primo, si ego, vel secundo, si meus pater Panormum accedamus, quæro, possumne, vel ego non accedere, vel patrem, ne accedat, impedire.

Respondeo primo, quando à te conditio dependet, nam propterea integrum tibi est Panormum non adire, & sic obligationem subterrefugere. Ita Bon. disp. de Voto 4.3. p. 2. n. 5. Ratio est, quia, si quid vovisti sub conditione liberè à te pendente, signum, te intendisse cum tua libertate illam esse ponendam. Quadam nobilis Matrona vovit primo, quoties domo exiret, statim elemosynam, vovit secundo, quoties in novum templum ingrederetur, jejunaturum in honorem Sancti Xaverii. Illa ergo nec domo egrediebatur, ne dispen. elargiretur; nec templum adhibebat, ne ad jejunium obstringeretur. Dixi primo, licere ei domo non egredi, quia ab ipsa dependet hæc conditio, & consequenter posse elemosynam non distribuere. Dixi secundo, idem, quantum est ex hoc capite, licere in voto ingressum in templum; sed addidi hoc votum imprudenter fuisse emittum; & quia retrahit à meliore bono frequentandi Ecclesias, esse irritum, & nullum, ac propterea liberè illa mulier in templum ingredebatur sine necessitate jejunandi.

6. Respondeo secundo. Quando conditio ab alia dependet, eam impedire vi, vel fraude non potes. Ita Sanch. lib. 4. de Voto. c. 13. n. 26. quia, dum conditionem ponendam in alienam voluntatem remisisti, signum fuit, te vovisse, velle dependere ab aliena, non à tua voluntate: at à tua omnino dependeres, si posses modo dicto impedire. Dixi (vi, vel fraude) in quo omnes convenimus: nam utrum liceat bonis artibus, nempe petendo, rogando, persuadendo, controversia est; ut si in dicto exemplo roges tuum patrem, ne Panormum accedat, ut si ad votum

non tenearis. Idem esset, si quis, v. g. voveret Religionem, si Petrus positive approbet, si confessorius consilium daret, &c. licet sine voto Petrum, vel Confessorium rogare, ne approbet ne det consilium, &c. Dico, quavis aliqui negent cum Sanch. quoad petitionem, c. 23. n. 34. esse tamen probabile licere, quia sic petendo, verè, & absolute non ponitur impedimentum voto, cum semper liber maneat pater ad accedendum, &c. Petrus ad approbandum, Confessorius ad dandum consilium, &c. In Suar. lib. 4. de voto. c. 27. num. 18. Laym. lib. 4. tract. 4. cap. 6. q. 6.

Sed esto, quis cum gravi culpa vi impeditur conditionem ab alio pendente, v. g. fraude, vel vi impeditur Confessorium, ne approbaret, ne consilium daret, &c. teneaturne ad votum servandum, tamen si id præstiterit, si finem non servandi votum; an solum peccavit impediendo, sed nunc ad votum non obligetur? Respondet, si adhuc res est integra, cessare debetis ab impediendo (id quod nemini dubium est) & expectare, an ponatur conditio, hoc est, approbatio, ut votum serves: at si conditio amplius ponit non potest, ut si Confessorius, & Petrus mortui sint, quid dicendum? Suar. Quem sequitur citatque Laym. l. c. 3. Caltr. 1.3. tr. 1. p. 17. n. 11. alique probabile putant non teneri amplius. Sed generi putant Bonacina disp. 4. cit. q. 2. p. 2. n. 6. & 7. Ratio hujus est, quia ex eo, quod vovisti sub conditione dependente ab alio, tacite te obligasti velle ingredi, v. g. Religionem, si per Patrem non stes apponere conditionem; at jam in casu nostro non per Patrem, sed per te impediendum stetit; ergo, &c. Affert exemplum: Si promiseris dare decem asses Petro, si tuam domum ingreduatur, tu verò illi fores claudas, ut ipse ingredi nequeat, teneris promisso, quia per te, non petrum stat, quominus in ingreduatur. Ratio Laym. est, quia conditio, quam omnino, & expressè respexit intentio vovensis, non adest, nec adesse potest. At votum non obligat ultra expressam intentionem vovensis; quare immerito (ait) recurritur ad tacitam; quandoquidem hic adest expressè contraria. Ad exemplum responderet, id verum esse, quia in promissionibus humanis sic leges, considerata ea tacita obligatione, statuerunt, quod non est in promissionibus Deo factis, in quibus tota obligatio pendet ab ipsa expressa intentione vovensis. Vtraque opinio est probabilis.

Si votum fuit non sub conditione de positivo consensu, sed solum de negatione consensus: dicam mox §. 6. n. 10.

8. Quid de industria male se in Religione gerit ut sic dimittatur, etiam post biennium in societate, non est tutus in conscientia, sed post dimissionem, debet instanter petere ingressum, ut votis satisfiat. Ratio nostra (quæ enim adducitur à Castro Pal. 3. tr. 1. p. 17. n. 13) non satisfacit) est, quia res semper est integra, si quidem qui sic se male gessit, potest se emendare: unde & debet juxta modum dicta impedimentum per fraudem appositum tollere, & per ingressum bonis virtutibus associatum à dolo desistere.

Quod si fraude, qua usus es ad extorquendam dimissionem detecta, Superior ad quem pertinet dimittere simul, & recipere, te nihilominus repelleret, liber manebis. Ita idem tr. 3. tr. 16. disp. 4. p. 20. n. 1. quia apriundo fraudem fecisti pro virili parte, quod in te fuit. Cur dixi ad quem pertinet dimittere simul, & recipere? vide apud Castro P. ibid.

§. VII. Quomodo obliget Votum penale.

1. Quid sit Votum penale, & quid in eo principaliter intentatur, dixi supra, cap. 1. §. 2. num. 1. Aliud autem est simplex, aliud duplex (nam si voveat non ludere, & item si ludet, se jejunaturum, duplex est: alterum absolutum, hoc est, votum non ludendi; alterum sub conditione, ludi, hoc est, si luserit, volendi jejunare. Vtrumque tamen unum constat votum, quia ad unum abstinentionem à ludo tenet.

2. Si poena exprimitur sine determinatione quoad vices, quibus poena sit assumenda, v.g. sic: *Voveo jejunare si ludam, Voveo peregrinationem Hierosolymitanam, si adulterium committam, &c.* non semper intelligitur toties esse subvertendam poenam, quoties votum violatur; sed tenet regulam: Quando poena est ex ordinis, quaeque iterari solet, intelligitur toties quoties, quare in praedicto voto de jejunando, si lusero, toties re ad jejunium condemnor, quoties ludis, quando autem est ex gravissimis, quaeque iterari non consueverunt, qualis est dicta peregrinatio, in prima solum transgressione urgebit poena, in consequentibus ex doctr. Sanch. Lam. apud Castr. tom. 3. n. 15. d. 1. p. 18. m. 6. Ratio est, quia non est verosimile voventis intentionem (quam ex communi hominum more interpretandam esse in votis; post paululum dicemus) fuisse, sibi imponere toties, quoties poenas illas insolitas; verosimile est voluisse moderatas, & solitas; semper intellige, nisi qui contrarium expectet.

3. Si recorderis, sciasque votum emisisse, at nescias, an sub poena aliqua emiseris, ad nullam poenam te obligo, quando, quavis cum gravi culpa, contra votum agis; quia nemo sibi debet poenam indicere, si certa non est.

4. Si recorderis voti, non autem poenae, votumque transgrediaris; te ad poenam nequaquam obstringi diximus *supra lib. 1. c. 2. §. 6. n. 16.* probabiliter.

Praeterea, quando ob quancunque rationem a voti transgressione excusaris, te poenae reum nequitiam facio. Ita Sanch. lib. 4. in dec. c. 22. a n. 14. vovisti, v. g. jejunaturum, si Sacro interfis, si die feriatum, si die etiam die festivo impeditus autem ex assistentia infirmi, vel ex invincibili causa, Missam non audis, ad jejunium non teneris. Ratio est, quia intentio fuit te in poenam jejunare velle; at ubi nulla culpa est nulla debetur poena, secundum hanc regulam, te votum emisisse praesumendum est. Idem dic, si in transgressione adfit sola venialis culpa, quia gravis poena levi culpa nequaquam imponitur.

5. Denique in voto poenali duplici, cum poena sit accessoria voto, sequitur, quod si absolvaris a voto censearis absolutus a poena. Ita Castr. l. c. n. 4. Imo non est improbabile, si petas dispensationem dicti duplicis voti, satis esse explicare superiori ipsum votum principale, v. g. votum de non ludendo, sine necessitate explicandi poenam, sub qua dictum votum confirmasti. Sic idem n. 5.

Ratio est, quia tota ratio dispensandi residet in ipso principali.

CAPUT XIII.

Quid operetur Error, vel ignorantia in Voto.

1. Error, siue ignorantia potest esse, vel circa voti substantiam, vel circa qualitates: vel circa finem; de singulis breviter. Et quamvis nonnulli distinguant, quando adest ignorantia positiva, & quando negativa: ego tamen non distinguendum censo: quia quoad haec, quae in hoc capite tractamus, necessaria non est.

Error in substantia Voti.

2. Dico primo, si erretur circa voti substantiam, vel ea ignoretur, votum irritum est, quia deficiente substantia, omnia, quae ab ea consequuntur, deficiunt. Ita Less. lib. 4. c. 40. dub. 2. n. 3. 1. Suar. l. 2. de Rel. lib. 1. de voto, c. 1. n. 6. Suar. lib. 4. in Dec. c. 22. n. 6. Hinc, si quis non cognoscens votum inducere obligationem exequendi, illud emitteret, emitteret nullum? Obligatio enim est de essentia voti. Si quis erraret in objecto, seu materia, quam voveret, idem esset, materia enim est de voti substantia: Vt, si quis voverit ire Hierosolymam, putans sine navigatione id fieri posse, idem esset, si ignorans professionem

Religionis esse perpetuam, illam quis voveat: perpetuitas enim in Religione pertinet ad essentiam.

Illam praedictis, sciendis notanda est exceptio: nam si, quod de substantia est nescias, voveas tamen, prout res in se est, & prout alij voverent (id quod ex animo tuo colligendum erit) Reus eris voti: quia tunc tacite consentis in substantiam voti.

Error in qualitate Voti.

4. Dico secundo, si ignorantia sit circa voti circumstantias, vel qualitates, distinguendum est. Ita Less. loc. cit. dub. 10. & 13. Sanch. loc. cit. c. 3. a num. 8. Suar. l. cit. a n. 11. Bonac. l. 2. disp. 4. q. de voto, p. 3. §. 2. n. 4. nam si tantum sint ponderis, ut in ipsum voti obiectum redundent, vitabitur, annullabiturque votum, tum quoad substantiam, tum quoad illas circumstantias. At si circumstantiae sint parvi ponderis, validum erit votum. Ratio est, quia ignorantia circumstantiarum magnis ponderis, ignorari censetur ipsa voti substantia: at ignorari circumstantiarum modicae considerationis, non censetur ignorari substantia voti, solum circumstantiae illae ignoratae portigent causam faciliorem relaxationi. Explico utrumque exemplis.

5. Si voveas Religionem Cartusianorum, vel Minorum, nesciens eos continere a comedendis carnis: vel Religionem Capucinatorum ignorans ab eis nudum corpus rudi lana contegi, nulliter voves; nec eas, imo nec aliam ingredi obligaris: quia ex una parte tu illam Religionem vovisti non aliam: & ex alia parte ex qualitates tantae sunt gravitatis, ut profus immutent obiectum tui voti: ita ut iis qualitatibus non cognitis, unde nec promissis, Religio incognita censetur, & non promissa.

6. Contra vero, si voveas dare elemosynam huic pauperi, credens eum esse, v. g. Sacerdotem, si invenias Sacerdotem non esse Ordinis insignitum, adhuc teneris voto: ejusmodi enim error in illa circumstantia non videtur esse tantus, ut totum votum immutare possit: licet enim non vovisses, si illum Sacerdotem non putasses, vovisti tamen consentiendo substantiae elemosynae ex vi pietatis in pauperem, quae te principaliter movebat.

7. Petes, si solum circumstantia parvi momenti sit ignorata, unde validum sit votum quoad substantiam, et tunc obligatio exequendi, si ea sit inseparabilis pars materiae voti?

Respondetur, erit: quia, cum parum pro nihilo reputetur, censetur votum esse etiam de illa parva circumstantia necessario imbibita in principali. Quod si forte esset separabilis, possetque integrè substantia voti poni sine illa circumstantia; tunc ea circumstantia posset omitti, quia cum fuerit ignorata, sub voti obligationem non cadit.

8. Video operosum esse aliquando dignoscere, An qualitas sit magni, vel parvi ponderis, sitque, tanta ut redundet in substantiam: Nec tamen aliam regulam tradunt Doctores, nisi prudens boni viri judicium, quo ex circumstantiis, mente, finisque, quem de facto habui vovens (nec solum quem habuisset, si scivisset) tota res morali diligentia examinatur.

Error in fine Voti. Vbi etiam agitur, Quomodo debeat Voti finis.

9. Finis quantum ad nos hic pertinet, vel est solum impulsivus, & veluti quaedam occasio vovendi, vel est principalis, & recte intentus.

Hanc vocant auctores causam finalem voti; illam causam excitantem, & moventem, Si, v. g. voveas visitare Virginem Lauretanam, occasione, quod Laureti aditus amicus, visitatio Lauretana est causa finalis; Amici, est solum motiva.

10. Dico jam tertio, si error sit in causa finali, nullum est votum, si in motiva, votum est validum. Ita Less. l. c. n. 11. Suar. l. c. n. 14. Sanch. l. c. n. 4. 5. Bonac. l. c. n. 13. Ratio est, quia finis intentus pertinet ad essentiam promissionis; ex fine enim promissio aequè, ac ceterae humane actiones